

Amplissimo et Consalutissimo Viro
 Dno Henrico Kreffing, H^{do}
 Reipublica Bremensis Consul;

Salutem à domino Jesu. Quoniam intellexi Christopho-
 rum Veltmannum vestrum domum ad mundinas
 vernas revocari, ut Gymnasio erudiendo operam
 prosteret: id mihi ad te, Vir amplissime, non tam
 ipsius, quam Ecclesiae causa scribendi animum pra-
 buit. Nihil miror consilium vestrum, sed omnino
 probo. Etsi enim Gymnasij vestri statum resciam,
 ita tamen comparatam novi ipsius tam aetatem
 spectatam ut debeat promptissime, tum eruditionem
 singularem, ut possit optime desiderio vestro saty-
 facere. Ingenii sane et doctrinae et industriae dum hic
 fuit, ea dedit exempla, ut tum alijs Academicis proceribz
 sit notus et charus propè omnibz, tum mihi campri-
 nis, qui in quotidiano convictu non raro divinae
 ejus memoriam admirari soleo, unde quasi ex fidelissi-
 mo penu tum sacra tum humaniora plurima
 deponit opportune. Judicio pollet de rebz et con-
 troversijs sacris cum doctis, utz eruditiss.
 eruditissimz haud vulgari. Quibz dotibz cum
 aequare videam studium modestiae et temperatae
 gravitatis, minime cum in trivijs substitutum esse
 auguro. Patris hortator es, sum, ex academia nostra
 cui totos annos quatuor vacavit, prius pedem ne
 efferat, quam diligentia, praevidium, doctrina, testi-
 monium, vocationis futuro decq, Licentia Theolo-
 gica gradum, quem vocant, sacrum hinc auferat,
 idz exemplo charissimi mihi p. m. D. Keckermann,
 Dantiscanis: quanti ingenii viri! et quam pra-
 cipiti fato vivis exenti, fortean laboribz et lacu-
 brationibz ninijs enecti!) cum quinto abhinc
 anno à senatu patrio ad Gymnasij secundariam
 professionem revocaretur. Sane quidem
 ille lausatur; At is omnino magnus non est, quem
 Reipubl.

162
Respublica vestra non facile possit, libenterq; de-
beat gratificari; quod etiam Dantiscanus senatus
faciebat. Tu vir Amplissime, qui Academia nostra
rationem intus nosti, et cum Vestmanni honore
patria deus commodumq; futurum conjunctura esse,
pro tua prudentia intelligis, facile rem valem conficis,
tibiq; et Reipubl. illum obstringes impensius, quod
ut facias, rogarem quoz, si de tua equitate in
Reipubl. benevolentiaq; in illum dubitarem. D.
Coppenius, Collega noster, ut obiter addam hoc: prae-
ter cum ex more Decanatum Facultati nostrae
resignaret, aperiebat nobis vocationem à vobis
factam, addebat, se respondisse saltem deliberandum
sibi esse. Mirum quidem id nobis; se tamen vi-
debatur, quod successurum vix esset propter plu-
rima tum publica, tum oeconomica impedi-
menta. Deum ter Maximam toto pectore invoco,
ut ineuntem hunc annum Reipubl. et Ecclesia
vestra nostraq; letam ac tranquillam facit. Tibi
verò Amplissime, cum omnib; Tuis cumulatissi-
mè benedicere, pergat. Vale Heidelbergae. 3. Jan.
1610

Ad Clarissimum Virum
D. Gabrielem Lovellum S. Theol. licent.
in Academia Groniensi.

108.

Salutem. Insignem, cordatam et eruditam dispu-
tationem tuam, vir Clarissime, de Anti-Kristo
Romano anno 1604. editam legi, probavi aduo-
dam, atq; ex meo Sordinensi exemplari Vögelino
nostro Typographo recudendam dedi, ne exemplaria
deessent. Non mordit ea sequitas cum primis, et
quidam Becanus Moganting homuncio, mihi ex
congressu notus, qui etiam pro Jesuitica fronte
Regem vestrum adoriri jam nuper non dubitavit,
à Romanensib; instigatus, disputationem oppo-